



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris D. Hludowici Blosii Abbatis Lætiensis Ordinis S. P. N. Benedicti Tomus Posterior Margaritum Spirituale

Blois, Louis de

Monasterii Campidonensis, 1672

Docum VIII. Nec placere aliis studeas, nec displicere timeas, Familiaritates
ne expetas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45885](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45885)

*in humana
nis, sed
in divi-
ni confi-
dere.*
tæ genitricis, ejus Mariæ, aliorūq;
Sanctorum intercessionibus, ac
piorum hominum orationibus
confidit. Omnem animi altitu-
dinem in se penitus deijcit ac pro-
terit: pauperem, parvum, atque
imbecillum se Deo exhibens.

*2. Exem-
plo Davi-
dico.*
Hominum de se judicia non
anxiè metuit: sui contemptu non
perturbatur.

*3. Reg.
6.*
Denique vilis potius quàm hu-
milis, & inutilis magis quàm san-
ctus haberi desiderat.

*1. Optat
vilis ha-
beri.*
Talis puer ille secundum cor
Domini, qui à superba Michol
spretus, & convitio præter me-
ritum exceptus, respondit: *Et lu-
dam, & vilior siam plusquam factus
sum, & ero humilis in oculis meis.*

DOCUMENTVM VIII.

Nec placere alijs studeas, nec displicere timeas. Familiaritates ne expetas.

ALICUT placere vanè non
affectes, neque displicere
inaniter pertimescas: & homi-
num, maximè mulierum, noti-
tiam, familiaritatem, aut singu-
larem erga te dilectionem ne ex-
petas.

APPENDIX.

*Placendi studium nimium, & fami-
liaritas particularis vitanda.*

1. Soli Deo placendum, & boni viri propter Deum
2. Omnium mulierum familiaritas fugienda.
3. Nullius persone, quantumvis sancte, præsentia anxie expetenda est.

VIR verè spiritualis omne
verbum, omnemque gestum
adulationis fugit: nec magno-
pere curat utrum placeat an dis-
pliceat hominibus: sed modis
omnibus ad hoc laborat, ut Deo
placere possit. Ita tamen vivere
studet, ut bonis (quantum in se
est) placeat. Qui si nonnunquam
intentionem suam ad humanam
complacentiam vitiosè declinare
senserit, mox eam corrigit & re-
vocat, unius Dei favore atque
amicitia contentus.

Non solum impudicarum, ve-
rum etiam honestarum mulierum
incanta nimiaq; familiaritas mul-
tis sæpè obfuit, multis derrimen-
ta purioris castimonie intulit,
multos gravibus tentationibus
involvit. Sapiens igitur est qui
hujusmodi pericula vitat, & spre-
ta omni carnali affectione, purita-
ti cordis servandæ se addicit, ac
vultum mulieris curiosè contem-
plari refugit. Sapiens, inquam,
est, qui pias feminas Deo com-
mendat, & eas ac quoslibet ho-
mines circa illum, non circa se per
singularem amorem occupari cu-
pit.

Beatus item est, qui nullius
præsentiam corporalem nimis an-
xiè experit: & absentiam etiam
illorum æquo animo propter
Deum fert, quorum exemplis at-
que colloquijs plurimum spi-
ritualis consolationis & ad-
jumenti percipere
posset.

Enchiridij Parvulorū.
Liber 1^o

1.
Placendū
soli Deo,
nec aliter
nisi pro-
pter Deū.

2.
Fugien-
da fami-
liaritas
nimia,
maximè
femina-
rū, etiam
piarum.

3.
Corpora-
li præsen-
tia nul-
lii est
anxiè ni-
mi qua-
renda.